

stincta a partibus esset modus substantialis per se non subsistens; atque adeo subiecto inhesionis indigens, vel adhesionis, quomodo velint aduersarij, cui suū effectum formalem modificādi tribuat, sic discurro hoc supposito; certēdū hāc duas partes modificat, necit, & afficit, debet illis adhærere vel inherere; at quia ad talē vnitioē nō sufficit simplex contactus, necesse est ut talis modus intime & penetratiuo modo partes illas afficiat usque ad ultimam earum profunditatem, & sic quālibet vniō dicti continui coniungit omnes partes secundum omnem illarum profunditatem; ergo quālibet vniō dicti continui efficiet penetrationem duarum partium dicti continui; ex quo sequitur, quod si possunt duo penetrari, poterunt penetrari centum, & sic usque infinitum; quia si vniō penetrat omnes partes usque ad ultimum, & illas vnit usque ad ultimum minime partis, partes erunt penetratae, atque adeo non extensem; & sic nec ultimum totum substantiale extensem erit, quod aūquā dicendum est a viro physiōpho; ergo dicendum est non dari vniōnem compositi physici, siue in mixto substantiali a partibus distincta celulo actu impletus.

125. Confirmo secundo conclusionem alia ratione, quia meo videri validissima est. hāc entitas modalis, siue vniō distincta a partibus vnitatis, impossibilis est; ergo &c. si namque hāc entitas vnitatis datur, vt dicunt aduersarij, certum est quod erit ens, res, bonum, verum, aliquid, & vnum, & consequenter ante omnes opus intellectus habet entitatem suam trascendentalem cum omnibus proprietatibus entis: vnde vt existat actu, de novo actionem sui productivam exigit distinctam a productiva actione cuiusvis alterius entis habentis veritatem trascendentalem: hoc supposito pro certo, sequitur liberum esse Deo producere modum hinc sine re modicata, vel ipsum conseruare nona conseruata re, in quo casu certe modus ille nō modificabit actu, & per consequens modus non erit; ex qua re sequitur contradictione, videlicet modus & non modus. & si dicant hoc Deum facere non posse ratione illius entitatis modalis, quia est quasi ens diminutum; ego dico hanc responsionem esse petitionem principij; hoc namque est in questione. Neque quod non possit dici ens talis naturae. Concludo igitur, prout dixi in conclusione, quod non datur vniō in mixto a partibus eius distincta seclusa actu intellectus; sed ad maiorem claritatem questionis, & corroborationem solutionis, argumenta in contrarium proponam, & soluam.